







34 7
SCHEDIA
DE
MESOMARCHIA
QVONDAM
NEOMARCHIA
DICTA
QVIBVS
VIRO AMPLISSION
NEC NON
CONSVLTISSIMO
IOANNI PHILIPPO
CARRACH
IVRIS VTRIVSQUE ET PHILOSOPHIAE
DOCTORI
SECUNDVM GRATVLATVR
PRAESIDIUM
D. O. L. AB EICHMANN
IVRIVM PROFESSOR PVBLICVS ET ORDINIS IVRIDICI
ASSESSOR IN ACADEMIA REGIA DVISBURGENSI

TVLLIUS *de Offic.*
L. I. Cap. 17.
Sed si contentio quaedam, et comparatio fiat, cui plurimum tribendum officii, princeps est patria.

HALLAE SALICAE
AERE IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI
MDCLXII.







§. I.

Nec voluntas, nec materia, sed temporis
angustia me impediuit hucusque, quo-
minus TIBI, VIR AMPLISSIME atque
CONSULTISSIME, gratularer. Exopta-
tissimam sane occasionem mihi praebuissent primitiae
fere TVAE, Exercitationem de regali cedula monetam in-
tellgo, scriptum omni exceptione laudeque maius, quod
in lucem iam emisisti accepta nondum liberalium artium
lauro, si modo propositum TVVM mihi opportune
significasses. Idemque dicendum de *Exercitatione inaugu-
rali iuris Ecclesiastici de iure condendi capellas*, qua festiuo praef-
sentium quorumcunque plausu publice defensa, ceu dignis-
simus insula doctorali exornatus es, ac summa in luce pri-
vilegia et immunitates acquisiuiisti. Neque aliud, nisi ea-
dem temporis penuria me a consilio gratulatorio officio
satisfaciendi auocauit, quum *Sicilimenta TVA de foro
continentalae causarum ex identitate ad L. 10. C. de Iudiciis TE*
Praeside defenderentur. Hallae enim tunc temporis
versabar insigniaque doctoralia ambibam, et sic quid
praestes, quidque valeant humeri TVI, ipse iterum
expertus sum. Certe, VIR AMPLISSIME, omnia, quae
in hunc usque diem suscepisti, insigni TIBI cedunt ho-

) : (2

nori

IV

nori et gloriae. Vberius adhuc illud probare possem, si editis iamiam enarratis edenda adiicere vellem. Sed tempus, cuius ratio et nunc habenda, aliud suadere videtur, adeoque potius memet ad id conuento, quod eum in finem chartae mandaui, vt tandem TIBI publice gratulariqueam.

§. II.

Maximam inter Geographiam medii et nostri aevi intercedere differentiam, neminem nisi harum rerum plane ignarum fugit. Nec minus cognitum perspetumque est, scientia discriminis huius destitutum in historia saepenumero caecutire. Etenim infinitos, qui rerum gestarum monumenta composuerunt, scriptores, inumeras itidem chartas hacce cognitione carens non intelliget. Hujus veritatis conuicti alii aetatis mediae iam conscriperunt Geographias, atque hunc defectum tollere allaborarunt, quorum nonnullos, si eruditum agere vellem, in scenam producerem. Tantum abest, vt horum opera contemnenda sit, vt potius magni merito aestimari debeat. Id tantum monebo, in huiusmodi imprimis rebus locum habere tritissimum illud: *Dies diem docet.* Quodsi vero cognitio haec tam necessaria tamque utilis sit, digna omnino est, quae diurnis nocturnisque manibus tractetur et excolatur, atque sic varios nodos dissoluere valebimus. Quamuis id permultis exemplis probari queat, ex diverso tamen nomine Marchiae mediae nonnulla diplomata nonnullosque historicos explicasse atque sic de Mesomarchia quondam Neomarchia dicta differuisse, sufficiat. Spes me tenet, fore vt hoc non plane inutile ideologyque TIBI harum rerum amantissimo aliisque iucundum sit.

§. III.

§. III.

Est mihi ad manus pactum quoddam plurium articulorum, quod nonnullae ciuitates an. 1399. sanxerunt. Vetus nouumque Brandenburgum, Berolinum, Colonia, Francofurtum ad Viadrum, Bernauia, Spandauia, Britzena et quae sunt reliquae vocantur in hoc diplomate vrbes Neomarchiae, quae tamen omnes hodie Mesomarchiae ciuitatibus annumerantur *. Praeterea PLVRIMVM REVERENDVS SAM. GERLACHIVS in primo menipulo rerum Postamienstum p 9.n.3. publici iuris fecit confirmationem priuilegiorum, quam oppido huic an. 1411. largitus est SIGISMVNDS, in qua dicitur, Postammium situm esse in Neomarchia **. Ex hoc diplomate patet, Marchiam medium olim nouam dictam fuisse. Etenim vrbis ista non mutauit solum. Hac de re forsan dubitans adire poterit chartam quandam OTTONIS III. apud FRIDERIC. ERNESTVM KETTNERVM in Antiquit. Quedlinb. quam laudat. GERLACHIVS eruditissime illustravit ***. Conspirat cum SIGISMUNDI documento aliud, quod teneo, instrumentum de an. 1431. continens conuentionem quorundam vrbium, cuius capita huc transscribere nec locus nec tempus permittit ****. Nec non fini meo inseruit Constitutio FRIDERICI II. ELECTORIS BRANDENBURGICI an. 1442. condita, qua Berolino et Coloniae singularem magistratum curiamque concessit. Saepe ibi mentio iniicitur, des HAVPTMANNS in der Neumarck, i. e. vti ex tenore totius diplomatici colligo, Mesomarchiae *****.

* Verba huius Chartae heic repeterem iuuat: *Wir Rathmann us den Städten in der Nuwen Marcke zu Brandenburg, dy nun seyn, und noch zukommende seyn, der Alten Stadt Brandenburg, der*

VI

nyen Stadt Brandenburg, Berlin, Cöln, Franckenvord, Drossen,
Mönchberge, Strusberge, Middenwolde, Everswolde, Bernaw,
Spandow, Nortwen, Bernena und Belitz, bekennen et sic
porro.

** Huc pertinentia ita se habent: Daß wir unsn Burgern der
Stadt zu Potstamp in der Neue Marck gelegen, die nu sin unde
noch zukomenden sein unsn Liebn Getreuen bevestent und beste-
tige haben, beweſſen und beſtiget et quaeſunt reliqua.

*** Vide, ſis, EIUSDEM Einladungs-Schrift, wodurch eine alte
Urkunde von Potsdam erläutert wird. Probauit ibi ERVDTIſS.
AVCTOR Potzdubimi eſſe eandem vrbem, quae hodie Pots-
dam appellatur.

**** Initium statim, quod mihi fauet, eſt: Wy Radmannē ut den
Steden in der Nyen Marcke tho Brandenburg, dy nu ſyn unde na-
tu kamende fint, nemlickē der Olden und Nyen Stadt Branden-
borg, Berlin, Cölln unde Franckenworde, bekennen unde betü-
gen, caetera.

***** En ipſa loca probantia ordinationis: Denn foll ein icbli-
cher Rath in Berlin beſtänder, und in Cölln auch beſtänder andere
fromme Biederlütje, ſonderlich uß den Vorwerken zuvoran, undt
uß den gemeinen Bürgern nach ubgeschriebener Anzahl an ihre
Statt, uß alle nachfolgende Jahr zu Burgemeiſter und Rathmanne,
wie ſie daß vor das beſte erkennen, kieſen, die follent Sie
unß, unſern Lieben Brüdern, unſern Erben und Nachkommen,
oder unſern oberſten Hauptmann in der Neumarck, ob wir ſelbſt
bey Lande nicht webren, von icblicher Stadt beſtänder, und einen
icblichen bey ſeinen Nahmen beſchrieben ſonden oder bringen, et
paulo poft: Und wenn dann die Räthe uß den vorgeschrivenen
unſern beyden Städten, oder ein icblicher beſtänder vorgeschriven-
bener maſſe uns, unſern lieben Brüder, unſern Erben und Nach-
kommen, oder in unſern abwesen, unſern Hauptmann in der
neuen Marck beſchrieben geſandt. Denique: Und dieſelben die
wir,

VII

wir, unser lieber Bruder, unser Erben oder Nachkommen, oder unser oberster Hauptmann in der neuen Marcke in unsfern Abwesen und die benannten Burgermeister und Ratmannen in ichtlicher Stadt befunder zu Borgmeistern und Ratmannen an ihrer Stete kießen und setzen werden, die sollen reliqua.

§. VI.

Sufficient haec pro demonstrando hoc nomine ex diplomatis, tanquam principiis certis et indubitatis historicis. Vnum adhuc alterumue scriptorum testimoniū, prout obuiam fuit, addere liceat. Melomarchiam quondam Neomarchiam dictam esse, testis est IACOB. PAVL. L. B. A GVNDLING in *Marchiae Brennopolitanae Geographia* p. 136. Antiquitus, ait, *Marchia media noua dicta est* ut distingueretur a *Palaeomarchia*, quippe illa ab ALBERTO VRSO debellata, ideoque *Neomarchia dicta fuit* *. Idem ferma apud LEVTINGERVM p. 336. Edit. KVST. relatum legimus: *ad annum 977 HENRICVS AVCEPS IMPERATOR* (potius REX) *Sclavis omnem istum tractum eripuit, praesidio militum Varini atque Stendalii, et Marchionatu Brandenburgi constituto, regionem Transalbinam Veterem, Cisalbinam vero nouam appellauit*. Paulo ante sequentem in modum differit: *Sclavi deinde potentiores facti Viadrum transmiserunt et ad Albinum usque Brandenburgi regni sede constituta fines dilataerunt, ita, ut nunc quidem vocamus, simul Marchiam medium atque nouam sibi vindicarunt*. Confirmat hocce cognomentum PHILIPP. CLVVERVS in *Introduct. in uniuersam Geographiam* pag. 240. edit. Bunon, sequentibus usus verbis: *Veterem ac novam Marchiam, additique statim Francefortum ad Oderam esse caput posterioris, quod probat tractum illum innuere auctorem, qui nostra aetate Marchia Media audit. Nomen*

VIII

men vero antiquum amisisse hodiernumque accepisse adiectis Electoratu terris trans Oderam sitis, GVNDLINGIVS loc. excit. pag. alleg. refert.

* An ille primus Marchio Brandenburgicus fuerit nec ne, nuperrime VIR ILLVSTRIS I. H. A FALCKENSTEIN, historicus celeberrimus, disquisiuit in scriptis duobus, altero de Origine Marchionatus Brandenburgici et altero de quæstione: *Quis ab HENRICO I. Marchio sit constitutus.* Vtrumque habetur in Collect. historicis PLVRIMVM REVERENDI DNI. OETTERI. Illud Fasicul. 1. hoc. 2.

§. V.

Habes, VIR AMPLISSIME atque CONSULTISSIME, quae de antiquo congesse patriae meae nomine diplomata aequa ac scriptorum testimonia. Plura praesenti tempore subnectere commodum haud ratus fui: nee necessarium videtur, vberiorem esse in demonstranda hac veritate geographica. Aequibonique opellam hancce consule, animumque adspice. Si non prolixiorum tractatum conscripsi, nemini nisi TIBI ipsi id imputare potes, qui nimis sero mihi secundum TVVM praesidium significasti. Gratulor illud ILLVSTRI TWO PARENTI vt et TIBI. Gratulor reliqua admirandae eruditioñis specimina. Gratulor denique reipublicae litterariae, cuius maximum euadis ornamentum. Vale meque amare non desinas. Berolini d. xxxi. Augufti clo 15 CCLL.



Duisburg, Diss., 1928/81(1)

ULB Halle
004 527 070

3





S C H E D I A
DE MESOMARCHIA
QVONDAM
NEOMARCHIA
DICTA
Q VIB V S
VIRO AMPLISSIMO
N E C N O N
C O N S V L T I S S I M O
J O A N N I P H I L I P P O
C A R R A C H
I V R I S V T R I V S Q V E E T P H I L O S O P H I A E
D O C T O R I
S E C V N D V M G R A T V L A T V R
P R A E S I D I V M
D . O . L . A B E I C H M A N N
I V R I V M P R O F E S S O R P V B L I C V S E T O R D I N I S I V R I D I C I
A S S E S S O R I N A C A D E M I A R E G I A D V I S B V R G E N S I

TULLIUS de Offic.

L. I. Cap. 17.

Sed si contentio quaedam, et comparatio fiat, cui plurimum tribendum officii, princeps est patria.

HALLAE SALICAE
AERE IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI
M D C C L I

